

Per. Jul. * O	Mundi.	Ante Chr.	Anni Jul.
4667 19 12 E	3937	47	
4668 20 13 D	3938	46	
4669 21 14 CB	3939	45	
4670 22 15 A	3940	44	
4671 23 16 G	3941	43	

ANNI JULIANI

**C. Julius Caesar Dictator II.**  
Mag. Equitum. M. Antonius.  
Hanc Dictaturam Alexandriae inivit. Hoc enim anno bellum Alexandriae longè periculosissimum gessit: in quo vicini Alexandrii. Cleopatra fratri nupsit, & regnum obtinuit. Hoc bello Ptolemai Bibliotheca conflagravit. Inde contra Pharnacen Bosphori regem se contulit, quem & vicit. Sub anni exitum Romam veniens Coss. suffecit Q. Fufum Calenum, P. Vatinius. Hæc Hirrius. Dio XLII. Plutarch. Appia.  
Ab hoc anno, circiter Kal. Octob. cepit annus, qui Confusionis vulgo dicitur, & 445. dies habuit. Vide lib. IV. cap. I. & lib. X. cap. LXI.

**C. Julius Caesar III.** Dictator III.  
M. Amilius Lepidus.  
Caesar in Africa bellum cum Scipione, Catone, & Juba feliciter administravit. Cato seipsum occidit. Scipio item & Petreius. Romam reversus Caesar quatuor diebus triumphavit, de Gallia, Egypto, Pharnace, & Juba. Multa deinde ad Remp. constituendam ordinavit. Censum egit, in quo dimidio pauciores cives reperit, quam ante civile bellum. Hæc Dio. XLIII. Appia. IV. Civil. Plut. Sueton. Fuit autem primò Consul: inde Dictator III. uti cap. LIX. lib. X. doctimus.

ANNI JULIANI.

**C. Julius Caesar Dictator IV.** Cum eodem & Mag. Equitum M. Lepidus. Consul IV.  
Bellum in Hispania cum Pompeii liberis gessit, quos & penitus vicit. Ita bellis omnibus civilibus confectis Romam rediens triumphavit. Exinde Imperat. titulus ei decretus: Consulatus in decem annos; & Dictatura perpetua.  
Inde Consulatu se abdicans suffecit sibi Q. Fabium Maximum, & C. Trebonium exeunte Septembri. Hic cum extremo anni die mortuus esset, suffectus est ad paucas horas Caninius Rebilus. Sueton. Dio XLIV. Plutarchus. Appia.  
Hic est primus annus Julianus.  
**C. Julius Caesar Dictator V.** Cum eodem collega fuit & Dictator V.  
Mag. Equitum M. Antonius.  
Dio lib. XLIII. scribit hoc anno Julium Caesarem Corinthum, & Carthaginem instaurasse. De Corintho ad stipulam Strabo lib. VIII. & Pausan. Corinth. De Carthagine certum est voluisse tantum: sed efficere non potuisse; atque ab Augusto restitutam esse: quod & de Corintho pariter asserit Appianus Libyca.  
Hoc anno, Eid. Martii Caesar occisus est in Senatu. Conjurati in Capitolium se recipiunt. Antonius, qui primum fugerat, Senatu convocato, seditiosa oratione populum concitat. Postea sedatis rebus Dictaturam tollit: testamentum Caesaris adulterat, ac per vim plurima facit. Octavius Caesar Romam venit, & ab Antonio spretus milites cogit. Dio XLV. Suetonius. Plutarch. Appia.  
Senatus Antonio Macedoniam, Dolabellæ Syriam decrevit. Antonius per vim Galliam à populo impetrat. Decimus Brutus Mutinæ illum Gallia: aditu prohibet. Ideo obsidetur ab Antonio.

MONARCHIA ROMANORUM.

**C. Vibius Pansa.** Suffecti Augusti Imper. A. Hirrius. C. Octavius Caesar. Q. Pedius.  
Coss. & Octavius ex decreto Senatus adversus Antonium profecti. Victus ab Hirrio Antonius, cum Pansam vicisset. ambo Coss. mortui. Antonius cum Lepido conjungitur. Augustus Consulatum inivit Sept. xxii. Inde cum Lepido & Antonio conspirat: ac Romanum imperium inter se partiuntur, fiuntque Triumviri Reip. constituendæ Novemb. xxvii. Romæ proscriptiones factæ, ac principum cædes. Inter alios Cicero occisus est. Dio XLVII. Appia.  
C. Cassius Suria Procos. à Caesare & Senatu delectus à Judæis dccc. talenta exigit. Joseph. XIV. cap. xviii.  
Eodem anno Octavius lege curiata in adoptionem Julii Caesaris venit. Dio.  
Ovidius hoc anno nascitur, quo cecidit fato Consul uterque pari. Lugdunum hoc anno conditum à L. Planco. Dio XLVI.

M. Amilius

ANNI ROMANI IMPERII.

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
	11	707	701
	111	708	703
	11	709	704 Sept. 1
	Olymp. 184	710	705
	11	711	706

Per. Jul. * O	Mundi.	Ante Chr.	Anni Jul.
4672 17 17 F	3942	42	4
4673 18 18 ED	3943	41	5
4674 16 19 C	3944	40	6
4675 17 1 B	3945	39	7
4676 18 2 A	3946	38	8
4677 1 3 GF	3947	37	9
4678 4 4 B	3948	36	10
4679 5 5 D	3949	35	11

**M. Amilius Lepidus.**  
L. Manatius Plancus.  
Bellum contra Cassium & Brutum ab Antonio, & Octavio Caesare gestum. Utrique illi sibi necem inferunt. Dio XLVII. Plutarch.  
Tiberius nascitur Novemb. xvi. Suet.  
Herodes, qui Cassium adjuverat, ad Antonium veniens, cum sibi conciliat. Eodem anno Mariam Hyrcani filia natam sibi despondet. Josephus libro XIV. cap. XXI.  
P. Servilius Isauricus II.  
L. Antonius.  
Antonius in Asiam; Caesar in Italiam revertitur. Ibi ab L. Antonio & Fulvia graviter diffidet. Fames Romæ prevalida Sex. Pompeio mare obtinente. Milites causam Octavii & Antonii disceptant, atque Octavio favent. Cum autem Lucius Urbem occupasset, fugatur à Caesare, & Perusia obsidetur. Dio XLVIII. Sueton.  
Cn. Domitius Calvinus II.  
C. Asinius Pollio.  
L. Antonius Perusia obsessus dedit se Octavio Caesari. Fulvia cum liberis ad Antonium fugit. Quin è Campania fugit Tib. Claudius Nero cum uxore Livia, & filio Tiberio. Caesar Scribonii Libonis focii Sex. Pompeii filiam ducit, ut Sextum sibi demereret.  
Antonius in Italiam redit. Sed Fulvia Sicyone mortua, redit in gratiam cum Caesare, & fororem ejus Octaviam ducit: cum paulò antè viam in Cilicia Cleopatram adamasset.  
Parthi à Labieno exciti in Syriam irrumpunt. Hyrcanum Pontif. instigante Antigono Aristobuli F. mutilatum auribus Pontificatu exuunt, & in captivitatem abducunt. Antigonus in ejus locum substituitur. Herodes Romam ad Antonium & Caesarem confugit. à quibus regnum Judææ præter spem ex SC<sup>o</sup>. obtinet. Hinc igitur primus Herodis initium confurgit. Dio XLVIII. ubi pro Antigono Aristobulum Hyrcani fratrem *ἀντιόχου* posuit. Vide Joseph. lib. XIV. cap. xxiv, xxv. & xxvi.  
L. Martius Censorinus.  
C. Calpurnius Sabinus.  
Multi etiam libertini generis in Senatum alleciti. Magistratus in VIII. annos designati. Coss. primum designati in anni partem. Pax inter Pompeium & Antonium, ac Caesarem constituta. Ventidius Labienum & Parthos elade afficit; Syriam, & Palestinam recuperat.  
Ap. Claudius Pulcher.  
C. Norbanus Flaccus.  
Prætores LXVII. facti sunt. Octavius repudiata Scribonia, Liviæ prænantem duxit. Manas à Pompeio ad Caesarem deficiens equestri ordine donatur.  
Augusti classis à Meneerate Pompei duce profligata. dux ipse tamen occumbit.  
ERA HISPANICA ab hoc anno incipit. Vide lib. X. cap. lxx.  
M. Vipsanius Agrippa.  
L. Caninius Gallus.  
Hoc anno capta sunt à C. Soffio & Herode Hierosolyma mense tertio, ipsa jejuni die, anno Sabbatico. Joseph. xv. cap. ult. Antigonus captus & ad palum alligatus ac decollatus est. Josephus è Strabone lib. xv. Dio XLIX. qui id anno antecedente factum putat. Ita Hasamonæorum principatus desinit post annum cxxvi. Quod & verum est. Nam anno 4550. Judas Pontificatum inivit.  
Herodes Ananellum quemdam è Babylonia accitum Pontificem creat. Joseph. xv. cap. II.  
L. Gellius Poplicola.  
M. Cocceius Nerva.  
Antonius in Italiam venit, indeque rursus abiit. Manas à Caesare rursus ad Pompeium deficit. Navale certamen inter Pompeium & Caesarem. Victus Pompeius. Lepidus Mesianam in Sicilia occupat. Sed à Caesare in ordinem redactus, & in Italiam missus est. Quin Africam per Statilium Taurum obtinet Caesar. Eodem anno infelicem contra Parthos expeditionem suscipit Antonius, qui in Ægyptum reversus regna distribuit. Dio XLIX. Plutarch.  
Sex. Pompeius.  
L. Cornificius.  
Sex. Pompeius ad Antonium se recipiens jussu ejus interfectus. Dio.

Herodes

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
1	111	712	707
3	11	713	708 Sept. 1
4	Olymp. 185	714	709
5	11	715	710
6	111	716	711
7	11	717	712 Sept. 1
8	Olymp. 186	718	713
9	187	719	714

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Per. Jul. *	Mundi.	Ante Chr.	Anni Jul.	Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nib.
4680 6 C	3950	34	12	10	188	720	715
4681 7 BA	3951	33	13	11	19	721	716 Aug. 31
4682 8 G	3952	32	14	12	Olymp. 187	722	717
4683 9 F	3953	31	15	13	11	723	718
4684 10 E	3954	30	16	14	111	724	719
4685 11 DC	3955	29	17	15	11	725	720 Aug. 30
4686 12 B	3956	28	18	16	Olymp. 188	726	721
4687 13 A	3957	27	19	17	11	727	722
4688 14 G	3958	26	20	18	111	728	723
4689 15 FE	3959	25	21	19	11	729	724 Aug. 29
4690 16 D	3960	24	22	20	Olymp. 189	730	725

Herodes Aristobulum Mariamnes fratrem Pontificem facit. Sed quod populo gratus esset, subinde natantem prefocat. Joseph. lib. xv. cap. 111.  
Sallustius diem obiit quadriennio ante bellum Actiacum. Euseb. Chron.  
M. Antonius 11. Suffectus Antonio eadem die L. Scribonius Libo. L. Sempronius Atratinus.  
Antonius Artavadem Armeniz regem dolo exitum capit, & Armeniam subigit. In Cleopatra filios dividit. Dio XLIX.  
C. Caesar Octavianus 11. L. Volcanus Tullus.  
Agrippa Edilis munificentissime se gerit. Bocchi regnum in provinciam redactum. Dalmatis victis, e manibus porticus ab Augusto, & Octavianæ Bibliothecæ constructæ. Dio XLIX. Medorum rex cum Antonio societatem inuit. Ibidem.  
Cn. Domitius Ahenobarbus. C. Sotus.  
Coff. Antonio favebant. Ideo Kalend. Jan. Sotus in Casarem invehitur. tum ambo Urbe discedunt. Titius & Planus Antonii amici ad Casarem deficiunt. Antonii testamentum publice legit Augustus. Bellum contra Antonium, & Cleopatram decernitur. Dio L. Plut.  
C. Caesar 111. M. Messalla Corvinus.  
Bellum Actiacum hoc anno gestum. Victi Antonius & Cleopatra in Ægyptum fugiunt. Vicit Augustus Sept. 11. qui in emendato Calendario tertius fuisse. Dio L. Vide lib. x. cap. LXXI.  
Herodes cum Arabibus confliat exitu vario. Joseph. xv. cap. vi. Idem cap. vii. vocat hunc annum Herodis septimum, à posteriore videlicet initio.  
C. Caesar 11. M. Licinius Crassus.  
Caesar Ægyptum ingressus Pelusium & Alexandriam occupat. Antonius & Cleopatra sibi mortem consciscunt. Dio L.  
ACTIACI ANNI hinc exordium sumunt. Censor. cap. XXI.  
C. Caesar v. Sex. Appuleius.  
Caesar tres triumphos egit, de Dalmatia, Actiaco bello, Ægypto subacta. de imperio deponendo cum Agrippa, & Mecanate deliberat. Sed dissuadente Mecanate retinet. Senatum ordinat. Dio LI.  
C. Caesar vi. M. Agrippa 11.  
Herodes Mariamnem uxorem interficit: tum Alexandram focum. Joseph. lib. xiv. cap. xi.  
C. Caesar Augustus vii. M. Agrippa 111.  
Hoc anno sententia Munatii Planci Augusti nomen Casari tributum est a. d. xvi. Kalend. Febr. Hinc igitur anni Augustorum Romani incipiunt. Censor. XXI. Dio LIII. Vide lib. x. cap. LXXII.  
C. Caesar Augustus viii. T. Statilius Taurus 11.  
Cornelius Gallus Ægypti Prefectus ob insolentiam damnatus exilio seipsum occidit. Dio LIII.  
C. Augustus Caesar ix. M. Junius Silanus.  
Salasti à Terentio Varrone domiti. Contra Asturas, & Cantabros, qui defecerant, profectus Caesar in morbum incidit. Domiti tamen à C. Antistio. Augusta Prætoria in Salastis Prætorianis militibus data. Augustam Emeritam in Lusitania Augustus condidit. Agrippa Neptuni porticum extruxit, in qua & Argonautas depinxit. nec non Pantheum. Dio LIII.  
Hoc anno videntur Ægyptii annum Julianum usurpasse, cum Neomenia Thoth ad Aug. xxix. pervenit. Vide lib. x. cap. LXXIII.  
Joseph. lib. xv. cap. xii. hunc annum Herodis XIII. vocat. quo & fames ingens Palæstinam vexavit. Præerat tunc Ægypto Petronius. Eodem tempore 500. milites ad Ælium Largum & Arabicam expeditionem misit.  
Imp. Caesar Augustus x. C. Norbanus Flaccus.  
Cantabri & Astures post Augusti discessum à L. Aimilio domiti. Ælius Largus infelicem in Arabiam expeditionem egit, exercitu morbis infectato. Augustus Marcellum Edilem, Tiberium Quæstorem facit. Dio LIII.

Caesar

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul. *	Mundi.	Ante Chr.	Anni Jul.	Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nib.
4691 17 C	3961	23	23	21	21	731	726
4692 18 E	3962	22	24	22	111	732	727
4693 19 AG	3963	21	25	23	11	733	728 Aug. 28
4694 20 F	3964	20	26	24	Olymp. 190	734	729
4695 21 E	3965	19	27	25	11	735	730
4696 22 D	3966	18	28	26	111	736	731
4697 23 CB	3967	17	29	27	11	737	732 Aug. 27
4698 24 A	3968	16	30	28	Olymp. 191	738	733
4699 25 G	3969	15	31	29	11	739	734
4700 26 F	3970	14	32	30	111	740	735
4701 27 ED	3971	13	33	31	11	741	736 Aug. 26
4702 28 C	3972	12	34	32	Olymp. 192	742	737
4703 29 B	3973	11	35	33	11	743	738

Caesar Augustus xi. Cn. Calpurnius Piso.  
Caesar difficili oppressus morbo ab Antonio Musa curatur. Marcellus obiit. Agrippa missus in Syriam privatus in Lesbo degit. Senatus Trib. potestatem, & Proconsulatum Casari dedit. Tridaten à Phraate dissidentem Romæ excipit. Dio LIII.  
M. Claudius Marcellus. L. Arruntius Nepos.  
Censores P. Aemilius Lepidus, L. Munatius Plancus: nec ulli post eos privati. Ludorum sumptus à Prætoribus fieri voluit Augustus. Ediles incendiis præfecit, quibus & de servis attribuit. Contra Casarem conspirant Murena, & alii: qui detecti necantur. Cantabri, & Astures rebellantes à Furnio domiti. C. Petronius Ægypti præfectus in Æthiopiæ expeditione facta Candacen ad fœdus petendum adigit. Dio LIV.  
Q. Aemilius Lepidus. M. Lollius.  
Augustus Agrippæ Juliam filiam uxorem dedit. Syracusas coloniam fecit. In Graciam trajiciens Lacedæmonios honore, Athenienses, quod impensius Antonio studuissent, damno afficit. tum in Samo hiemat. Dio LIV.  
M. Appuleius Nepos. P. Silius Nerva.  
Augustus in Asiam profectus, Cyzicenos, quod cives Romanos virgis affecissent, in servitutem redigit. Tyrios item, & Sidonios multat. Phraates territus signa Crasso erepta remittit. Reversus in Urbem Tiberium in Armeniam allegat. Deinde redit in Samum. Indi legatos fœderis impetrandi grati mittunt. Dio LIV.  
C. Caesar ex Agrippa & Julia nascitur. Vide lib. xi. cap. 111.  
Eodem anno Zenodori tettrarchiam Herodi Augustus attribuit. Dio ibid. Joseph. lib. xv. cap. XIII. qui hunc annum XVII. Herodis nominat, sed παραλόγηται.  
Q. Sentius Saturninus. Q. Lucretius Vespillo.  
Ara reduci Fortunæ ob reditum Augusti consecrata. Agrippa Cantabros rebelles domuit. Reversus triumphare noluit. Virgineam aquam Augustam vocavit. Tribunitiam potestatem in v. annos accepit. Dio LIV.  
Virgilius Brundisii moritur. ossa ejus Neapolin delata. Hieron. Chron.  
Hoc anno, qui Herodis XVIII. numeratur, Templum, vetere diruto, instaurari ceptum ab Herode. Joseph. xv. cap. XIV.  
P. Cornelius Lentulus. Cn. Cornelius Lentulus.  
C. Furnius. C. Junius Silanus.  
Ludi sæculares ab Augusto facti. Censorinus. Dio.  
Lucius Caesar Cæi frater nascitur. Vide cap. 111. lib. XI.  
L. Domitius Ahenobarbus. P. Cornelius Scipio.  
Agrippa in Syriam missus ab Herode honorificè suscipitur. Joseph. xvi. cap. 111.  
M. Livius Drusus. L. Calpurnius Piso.  
Galliz compositæ. Rhæti à Druso, & Tiberio domiti. Dio.  
Cn. Lentulus. M. Licinius Crassus.  
Pauli porticus & templum Vestæ succenduntur.  
T. Claudius Nero. P. Quinctilius Varus.  
Augustus in locum Lepidi Pont. Max. creatur. militiam ordinat. Dio.  
Agrippa Romam redit: cui Herodes Agrippam filium commendat. Joseph.  
M. Valerius Messalla. P. Sulpicius Quirinus.  
Agrippa hoc anno moritur. Pannonii rebellantes à Tiberio domiti, qui Juliam Augusti filiam duxit, Drusus cum Sicambri, & Chaucis bellum gerit. Dio LIV. Vel-leius 11.  
Paulus Fabius Maximus. Q. Ælius Tubero.  
Drusus trans Rhenum Usipetas domat: & ad Visurgim usque ducit exercitum. Dio.  
Pars II. A a a Ho-

Table with columns: Per. Jul. (with circled numbers), Mundi, Ante Chr., Anni Jul. (with circled numbers). Rows correspond to years 4704 through 4713.

Horatius anno atatis L. Romæ moritur. Hier. Chr.
Julus Antonius Africanus.
Q. Fabius Maximus.
Claudius Imper. nascitur. Sueton. Jani templum clausum, sed subinde referatum. Octavia foror Augusti moritur. Dio.
Sebasten in honorem Augusti decimo tandem anno edificavit Herodes, anno regni xxviii. Joseph. lib. xvi. cap. ix.
Cl. Drusus Nero.
L. Quintus Crispinus.
Drusus contra Chattos, & Cherufcos bellum gerit: & moritur antequam ad Rhenum rediret. Dio lv.
C. Marcus Censorinus.
C. Afincus Gallus.
Hoc anno Calendarium Pontificum culpa depravatam Augustus emendare instituit, ac xii. annos sine bissexto transigi iussit. Censorinus xx. Dio lv. Vide lib. iv.
Iisdem auctoribus constat Sextilem Augustum appellari cepisse.
Mecenas moritur. Dio.
Augustus in Galliam profectus. Tiberius trajecto Rheno barbaros vicit. Dio.
Ti. Claudius Nero.
Cn. Calpurnius Piso.
Tiberius de Germanis triumphavit. Dio. Velleius ii.
D. Laus Balbus.
C. Antistius Vetus.
Augustus ut Caii & Lucii Cesarum audaciam reprimeret, Tiberio in quinquennium Tribunitiam potestatem dedit, eique mandavit Armeniam. Velleius ii. Dio lv.
Ex calculo Josephi, ac Dionis Zachariae sacerdoti de vice Abia suffitum adolenti Angelus obtulit sese, ac Joannis ortum nunciavit, exeunte Septembri. Vide lib. xii. cap. vii.
Hoc anno natum Christum asserit Marcus Antonius Cappellus.
Augustus Cesar xii.
L. Cornelius Sulla.
Hunc Consulatum petiit Augustus, ut Caium suo tirocinio deduceret in forum, ait Suet. Eodem vero Tiberius in Orientem profectus in insula Rhodo confedit, privignorum offensionem veritus. Sueton. Dio. Velleius ii.
Caio Cesari Consulatus in quintum annum destinatur. Sueton.
Joannes primum: tum Christus hoc anno nati: hic xxv. Decemb. feria ii. si Dionem, & Josephum sequimur. Vide lib. xii. Per idem tempus census extra ordinem a Quirinio fuerit institutus. Ibid. cap. viii.
Quintilius Varus Syriae præf. Joseph. lib. xvii. cap. vii.
C. Calpurnius Sabinus ii.
L. Passienus Rufus.
Hoc anno mortuum Herodem circa Pascha censet Josephus. cujus obitum defectio lunaris antecessit Martii xiiii. hora 2, 45'. a media nocte. Joseph. xvii. cap. viii. & xi.
Archelaus Romam venit, ut ex patris testamento regnum ab Augusto consequeretur. Augustus de consilii sententia, cui & Caius interfuit, regnum partitus est. Joseph. xvii. cap. xi. & xiiii. Exinde Caius profectus in provincias. Suet.
Cum incunte anno Magi Christum adorassent, ac metu Herodis Joseph cum Christo, ac B. Virgine in Ægyptum recessisset, Herode mortuo Nazarethum reversus est: si Dionem, & Josephum approbamus.
Cn. Cornelius Lentulus.
M. Valerius Messallinus.
Hic annus natali Christi à Baronio, Scaligero, aliisque præfigitur.
Augustus Cesar xiiii.
M. Plantius Sylvanus. etque suffectus C. Caninius Gallus.
Hunc etiam Consulatum Augustus ideò petiit, ut Lucium Cesarem in forum deduceret. qui & Consul in annum quintum designatus est. Suet. Ancyr. lapis.
Augustus naumachiam edidit. Suet. August. cap. xliiii.
Eodem anno Juliam filiam adulteriorum compertam relegavit. Velleius ii.
Caius Cesar, qui Romam ad spectacula redierat, missus in Orientem, addito ei M. Lollio rectore. Suet.
Cossus Cornelius Lentulus.
L. Calpurnius Piso.
His Coss. vulgò natus esse Dominus creditur.

Table with columns: Imp. Rom., Olymp., Urbis cond., An. Nib. Rows correspond to years 4704 through 4713.

ERA CHRISTI COMMUNIS.

Table with columns: Per. Jul. (with circled numbers), Mundi, Anni Car., Anni Jul. (with circled numbers). Rows correspond to years 3984 through 3992.

C. Julius Cesar. ibid subterano? militum antedicti...
L. Amilius Paulus.
P. Vanicius Nepos.
P. Alfenius Varus.
L. Aelius Lamia.
M. Servilius Geminus.
Tiberius post septennii secessum è Rhodo insula Romam rediit. Lucius Cesar in Hispaniam ab Augusto missus Massilia obiit. Sueton.
Sex. Aelius Catus.
C. Sentius Saturninus.
Augustus Cn. Cornelii Cinna Magni, Cn. Pompeii nepotis, & aliorum insidiis appetitur. sed Livie monita pepercit omnibus: Cinnam etiam Consullem designavit in annum sequentem. Dio lv.
Cajus Cesar in Lycia moritur post menses octodecim, quam frater ejus Lucius obierat. Suetonius. Velleius ii.
Tiberius adoptatur ab Augusto, & Tribunitiam potestatem obtinet. Vide lib. xi. cap. vii.
L. Valerius Messalla.
Cn. Cornelius Cinna.
Solis defectio hoc anno contigit Martii xxviii. feria vii. hora 4, 13'. post meridiem Romæ. cujus meminit Dio lib. lv. pag. 563. edit. Græcolat. Errat Calvisius, qui hanc à Dione memoratam eclipsin confert in diem Septemb. xxi. Etenim videri ista Romæ non potuit si quidem apparet conjunctio Solis ortum antecessit hora 1, 15'. Agrippæ nepoti Augusti virilis toga data, citra honores illos, qui ejus fratribus concessi fuerant. Dio lv.
Augustus decrevit, ut cohortibus Prætoris, expletis xvi. stipendiis, præmia darentur, viritim xxm. nummum: reliquis vero, expletis annis xx. darentur xiiii. Dio ibidem.
M. Amilius Lepidus.
C. Arvantius Nepos.
Augustus ætatum militare constituit: ad idque vicefimam hereditatum ac legatorum pensitari iussit: exceptis iis, quæ propinquis, aut pauperibus relinquerent. Dio lv.
Tiberius in Germanos expeditionem fecit. Inde in Illyricum profectus est: quod Batone duce Dalmatæ defecerant. Ibid.
Archelaus à fratribus suis accusatus Romam accessit, ac relegatur. Judæa pars, quæ illi parebat, in formam provincie redigitur. Quirinus ad census descriptionem, & Archelai bona in fiscum redigenda cum Coponio Procuratore venit in Syriam. ubi abrogato Pontificatu Joazaro, Ananum filium Sethi; (is est Annas Caiaphæ focer;) in illius locum substituit. Dio lv. Joseph. lib. xviii. cap. iiii. Quamobrem Archelaus nono in principatu finito anno decimum inchoavit. Hinc Josephus lib. xviii. Orig. cap. xv.
Archelai contigit ista refert. at lib. ii. de Excidio, cap. xi.
Q. Cæcilius Metellus Creticus.
L. Licinius Nerva.
Cum Augustus suspicaretur Tiberium de industria bellum in Pannonia trahere, Germanicum eò mittit. Annonæ curam Consularibus duobus attribuit. Tributum quinquagesimæ pretii mancipiorum, quæ vendebantur, instituit. Agrippam nepotem suum præferoci indole præditum in Planatiam insulam relegat. Germanicus contra Dalmatas prosperè pugnat. Dio lib. lv.
M. Furius Camillus.
Sex. Nonius Quinctilianus.
Dalmatia partim bello, partim compositione Romanorum in potestatem rediit. Dio lv.
Christus annum agens ætatis duodecimum in Templo cum Doctoribus disputans à matre deprehenditur. Lucæ ii.
P. Salpitius Camerinus.
C. Poppæus Sabinus.
Augustus maritos præmio, cœlibes pœnis afficit. Dio lvi. Bellum Dalmaticum à Tiberio confectum, deditione à Batone facta. Ibid.
Clades Variana in Germania accepta. in qua Quinctilius Varus cum tribus legionibus ab Arminio Germanorum duce circumventus & oppressus est. ipse sibi necem confecit. Quæ res triumphum Dalmaticum impediit. Dio ib.
Pars II. Aaa 2 P. Cornelius

Table with columns: Imp. Rom., Olymp., Urbis cond., Era Nab. Rows correspond to years 3984 through 3992.

Table with columns: Per. Jul., Mundi, Anni Chr., Anni Jul., Imp. Rom., Olymp., Urbis cond., Era Nab. Entries include years 4733, 4734, 4735, 4736, 4737, 4738, 4739, 4730, 4731, 4732 and corresponding historical events.

Table with columns: Imp. Rom., Olymp., Urbis cond., Era Nab. Entries include years 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100.

Table with columns: Per. Jul., Mundi, Anni Chr., Anni Jul., Imp. Rom., Olymp., Urbis cond., Era Nab. Entries include years 4733, 4734, 4735, 4736, 4737, 4738, 4739, 4740, 4741, 4742, 4743 and corresponding historical events.

Table with columns: Imp. Rom., Olymp., Urbis cond., Era Nab. Entries include years 101, 102, 103, 104, 105, 106, 107, 108, 109, 110, 111, 112, 113, 114, 115, 116, 117, 118, 119, 120.

Table with columns: Per. Jul., Mundi, Anni Chr., Anni Jul., Imp. Rom., Olymp., Urbis cond., Aera Nab.

Cl. Tiberius Nero Caesar Aug. V.
Sejanus cum ad summam potentiam Tiberii favore pervenisset, atque imperio jam immineret, illius ad Senatum litteris accusatus, ac percussus, occiditur. Dio libro LVIII.
Christus Dominus in cruce pro humani generis salute sublatus est Martii XXIIX, feria VI, Luna XV. popularis; cum pridie legitimum Pascha cum discipulis obisset; ac sanctissimum Eucharistiae Sacramentum intuleret. Resurrexit Martii XXV, feria I. Sed vide lib. XII, cap. XI, XVII, XIX, & XX.
Ascendit in caelum Maii III. Spiritum sanctum e caelo misit Maii XIII. Exinde Discipuli Christum magna cum fiducia predicare coeperunt. Paulus post occisus est a Judaeis Stephanus, ceteri dispersi, praeter Apostolos. Lucas in Actis.
C. Domitius Ahenobarbus.
A. Vitellius.
Tiberio ab Senatu per adulationem multa decreta sunt. Junius Gallio dum immodicus in ea re fertur, exilio damnatus est. Tac. v.
Ser. Sulpicius Galba.
L. Cornelius Sulla.
Tiberius neptibus suis Germanico natis, Drusilla L. Caesum, Julia M. Vinicium maritos destinat. Idem & nobiles quam plurimos occidit. Drusus Germanici filius, & Agrippina mater ejus inedia vitam finiunt. Tacitus VI. Dio LVIII.
Saulus acceptis a Pontifice litteris, cum Damascum proficere, ad Christum convertitur. Act. IX.
Paulus Fabius Priscus.
L. Vitellius Nepos.
Phoenix avis in Aegyptum venit. Tac. VI.
C. Cestius Camerinus.
M. Servilius Rufus.
Parthi Artabani regis sui petenti Romam veniunt, ut Phraaten regem poscerent. Sed is in itinere obiit. Tiberius Tyridaten ei sufficit: & Vitellium Syria Praefidem mittit. Is Tyridaten ad regnum perducit. Tacitus VI. Dio LVIII.
Philippus Herodis filius moritur, cum regnasset annos XXXVII. Joseph. lib. XVIII. Orig. cap. VI.
Q. Plautius Plautianus.
Q. Papius Gallienus.
Vitellius Syria Praefes Marcellum Procuratorem Judaeae mittit. ac per eundem Pilatum a Judaeis accusatum Romam ad Tiberium navigare iussit. Per idem tempus & Caiapham in ordinem redegit. cui substitutus est Jonathan Anani filius. Joseph. lib. XVIII, cap. V, & VI.
Paulus post annos a conversione sua tres Hierosolyman addit, ut videret Petrum. Act. IX, 26. Gal. I, 18. Post dies XI. Caesarem abiit, indeque Tarsum. Act. IX, 30.
Clita Cappadociae populi a Romanis deficientes a M. Trebellio Vitellii legato domiti. Tac. VI. Tyridates initio secunda fortuna usus, paulo post regno exiit ab Artabano. Tac. ibid.
C. Acronius Proculus.
C. Pontius Nigrinus.
Tiberio aegrotanti Thrasyllus Mathematicus vitam ad annos decem falso spondet; quo plerisque morti eriperet. Dio LVIII.
Moritur demum Tiberius XVI Kal. Apr. Succedit Caius, qui & imperavit annos III, M. X, D. VII. Tac. VI. Dio LVIII. Suet.
Is simulatque nactus est imperium, Agrippam Herodis nepotem vinculis solutum in honore habuit, & catenas aureas pro ferreis rependit; ac Philippi, & Lyfaniae Tetrarchis cum regis appellatione donavit. Fuit autem principatus initio moderatus. Suet.
Abrogato Consulatu Proculo & Nigrino, Caius cum Claudio patruo Consul factus est. Dio LIX. Suet. Inde cum in morbum incidisset, mox ut convalescit, Tiberium Drusi F. Tiberii N. occidi iussit. Dio LIX.
Saturnalia quinque dies celebrata. Dio LIX.
Josephus historicus nascitur. Ipse in vita sua.
Petrus varias provincias peragrat. Lydda Aeneam paralyticum curat. Joppe Tabitham a mortuis excitat. Cornelium baptizat. Act. IX, & X. Eodem anno & Antiochiam adiit: ibique sedem Episcopatus sui constituit. Vide lib. XI, cap. XIV.

Table with columns: Per. Jul., Mundi, Anni Chr., Anni Jul., Imp. Rom., Olymp., Urbis cond., Aera Nab.

M. Aquilius Julianus.
P. Nonius Asprenas.
Caius Caesar multa per summam crudelitatem, ac libidinem gerit. Inter alios Macronem, cujus ope imperium adeptus erat, occidit. Dio LIX.
Caius Caesar Caligula II.
L. Apronius.
Caius exhaustis opibus, credibus ac proscriptionibus graffatur.
Baiaurum medium intervallum, & Puteolanas moles trium millium, & sexcentorum passuum mole conjunxit. Idem Domitium Afrum oratorem celeberrimum accusavit ipse. At ille callide se dicendi facultate inferiorem simulans, veniam & Consulatum obtinuit. Suet. Dio LIX.
Caius Caligula Caesar III.
L. Gelius Pollicola.
Caius in Gallias, & Oceanum ludicram expeditionem suscipit. Nam ibi dato signo milites conchyliam legere iussit. Dio. Sueton.
Vitellio Syria Praefidi successor missus est P. Petronius, cum mandatis ut imaginem suam in templo Hierosolymitano poneret. Sed differente Petronio res exitum non habuit. Joseph. XVIII. Orig. cap. XI.
Herodes Antipas Herodiadis conjugis impulsu, & emulatione Agrippae, Romam ad regnum impetrandum veniens, a Caio, qui Agrippae litteris contra ipsum incitatus fuerat, in exilium truditur, ejusque Tetrarchia Agrippae conceditur. Joseph. XVI, cap. IX.
Hoc anno cum Flaccus Avilius Alexandriae Judaeos affligeret, Philo Judaeus ad Caium legatus ab eis mittitur. sed minime est auditus a Caio. Joseph. XVIII, cap. X. Philo Jud.
Pontius Pilatus in multas calamitates incidens, sibi necem conscivit. Euseb. Chron.
Barnabas Antiochiam missus est ab Apostolis inde Tarsum ad quaerendum Saulum profectus, Antiochia cum eo commoratus est anno integro. atque ab hoc tempore Christiani nominari coeperunt. Act. XI.
C. Caligula Caesar IV.
Cn. Sentius Saturninus.
Caius IX. Kal. Febr. a Cherea, & aliis conjuratis occiditur. Succedit Claudius patruus illius. Dio LIX. Suet.
Agrippae regnum amplificavit Claudius, addita Judaea, & Samaria. Josephus lib. XIX, cap. IV.
Eodem anno Herodes Agrippa Hierosolyman venit: ubi ad demerendos sibi Judaeos, grassari in Ecclesiam cepit. ac primum Jacobum occidit: deinde Petrum in carcerem conjecit: unde ab Angelo servatus est. Actorum IX. Vide I, XI, c. XII. Herodi porro Agrippae fratri Pratoria ornamenta Claudius concessit. Dio IX.
Paulus Hierosolyman secundo profectus est Antiochia, ut collatitium as ab Antiocheni Ecclesia contributum eo cum Barnaba portaret. Act. XI.
Titus Vespasiani filius nascitur III. Kal. Jan. Suet.
Claudius Imperator II.
L. Licinius Largus.
Ingenti fame laboratum est: ut refert Dio lib. IX. quae est illa ipsa, quam ab Agabo praedictam esse Lucas Actorum XI. scribit. Paulus, & Barnabas Antiochiam Hierosolyman redeant. unde Spiritu sancto jubente Seleuciam, & in Cyprum profecti sunt. Ibi Sergius Paulus Proconsul ad Christum conversus est. Haec S. Lucas. Claudius Imperator ad ostia Tiberis ingenti sumptu portum exstruit. Suetonius. Dio IX. Idem credibus a Messalina conjuge, & libertis assuefactus, plerisque contrucidari jubet. Dio.
Simon Magus Romam sub hunc annum adit. contra quem Petrus Antiochia Romam proficiscitur. Euseb. Severus Sulpit. II. Orofius, & alii. Vide lib. XI, cap. XIV.
Claudius Imperator III.
L. Vitellius II.
Primus Romae Pontifex Petrus I.
Claudius festa complura, & ferias, quibus totus fere consumebatur annus, abrogavit. Lycios ob Romanos cives per tumultum occisos in servitutem redegit, & Praefectura Pamphyliae contribuit.
Messalina conjux Claudii stupris, & flagitiis omnia miscet.
A. Plautius in Britanniam expeditione suscepta, cum insulanos cladibus affecisset, instaurantibus iis bellum, Claudium accivit. qui in Britanniam profectus, in eaque diebus XVI. versatus, omnes domuit. Dio IX.

Per. Jul.	Mundi.	Anni Chr.	Anni Jul.
4757 25 7 ED	4027	44	89
4758 26 8 C	4028	45	90
4759 27 9 B	4029	46	91
4760 28 10 A	4030	47	92
4761 29 11 GF	4031	48	93
4762 30 12 E	4032	49	94
4763 31 13 D	4033	50	95

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Paulus Evangelium prædicans varias provincias peragravit. Petrus hoc anno Romæ sedem Episcopalem constituit. Vide lib. xi. cap. xiv. Sedit verò annis circiter xxxiv.

C. Quintus Crispinus. Petri 2.  
T. Statilius Taurus.  
Claudius cum vi. mensibus abfuit, in Urbem rediens triumphavit. Dio ix.

Hoc anno incunte moritur Agrippa Judææ rex, cum regnasset in totum annis vii, tribus autem Judæam obtinisset. Ejus regno Procurator datus est Cuspius Fadus. Josephus in calce Libri xix. Orig.

M. Vinius Quartinus. Petri 3.  
M. Statilius Corvinus.  
Sol hoc anno natali ipso Claudii Imperat. hoc est Kalendis Aug. defecit quarta parte diametri. quam defectio- nem Claudius edicto denunciavit. Dio ix.

C. Valerius Asiaticus II. Petri 4.  
M. Valerius Messalla.  
Eclipsis Lunæ contigit hoc anno Januarii xi, hora post meridiem 5, 28'. Romæ, qua besis circiter diametri defecit. Vide lib. xi. cap. ix.

Claudius Imper. IV. Petri 5.  
L. Vitellius II.  
Lunæ insignis defectio Kalendis ipsis Januarii hora 7, 19'. post noctem mediam, Romæ. Eadem nocte in Ægeo mari ingens emerit insula. Vide lib. x. cap. xvi.

Procurator Judææ post Alexandrum fuit Cumanus. Josephus lib. xx. cap. lxi. cum Samaritæ Pallantis frater procuracionem gereret. Tacitus xiii.

Valerius Asiaticus bis Cos. Messalinæ dolo damnatus, & interfecit. Tac. xi. Dio ix. Ea porro mulier in omnem projecta libidinem C. Silio equiti se dedit.

Ludi sæculares anno Urbis octingentesimo à Claudio celebrati, quarto & sexagesimo, quam ab Augusto dati fuerant. Tacitus & Dio.

In Britannia Vespasianum ab hostibus circumventum Titus filius, disjecit, ac victis hostibus, eripuit, Plautius ob eosdem domitos Britannos à Claudio laudatus, ac triumphalia insignia sortitus est. Dio ix. Sic enim illud interpretor, quod Dio scribit *id est* *id est*. Nam aliqui triumphum privatus nemo deportavit, postquam ejus rei semel exemplum ab Agrippa Augusti tempore datum est; ut idem Dio refert lib. lvi.

A. Vitellius. Petri 6.  
L. Vipsianus Poplicola.  
Galli primores è comata Gallia; ac primi Ædii plenum jus civitatis impetrant.  
Messalina palam C. Silio nubit. Quod demum Narcissi opera Claudius resciscit. & Messalina cum adultero interfecta. Tac. xi. Dio ix.

Census hoc anno institutus; & censa sunt civium capita sexages novies centena, & quadraginta quatuor millia. Tacitus.

C. Pompeius Longinus Gallus. Petri 7.  
Q. Veranius Latas.  
Claudius Judæos Roma pellit. Ideò Petrus in Judæam rediit; nec non Aquila, & Priscilla Corinthum venerunt. Act. xviii, 2.

Agrippinam Germanici fratris filiam, Neronis ex Domitio Ahenobarbo matrem, ducit Claudius. Illa Senecam ab exilio revocat, eumque Domitio Neroni filio præceptorem dat. cui & Octavia Claudii ex Messalina filia despondetur.

Parthi regem Meherdaten à Claudio postulant contra Gotarzen; à quo ille vincitur, & mutilatur.

Pomœrium ab Imperatore prolatum. Tacitus xii.

Idem auctor est Sohemo & Agrippa regibus defunctis Ituræos; & Judæos provinciæ Syriæ additos. Sed Judæa ante annos aliquot contributa fuerat.

Orta Antiochiæ controversia super Judaicis ritibus; Paulus, qui aliqui divino instinctu eodem ire destinaverat, ab Antiocheni Ecclesia Hierosolymam cum Barnaba, aliisque mittitur. Hoc igitur anno primum ab Apostolis Concilium in ea urbe celebratur. Vide lib. xi. cap. xlii. Post Concilium Paulus, & Barnabas Antiochiam regressi sunt; ibique invicem altercati, ac disjuncti sunt. Paulus Sila comite Syriam, ac Ciliciam obiit. Timotheum circumcidit; & in Macedoniam transit. Act. xv, & xvi.

C. Antistius Vetus. Petri 8.  
M. Sullius Rufus.  
Pallantis opera Claudius Domitium Neronem adoptat. Agrippinensis colonia deducta in oppidum Ubiorum. Catii, & Britanni domiti. Tacitus xii.

Paulus

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
4	iv	797	797 Aug. 11
5	Olymp. 205	798	798
6	11	799	799
7	111	800	798
8	iv	801	796 Aug. 11
9	Olymp. 207	802	797
10	11	803	798

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul.	Mundi.	Anni Chr.	Anni Jul.
4764 1 14 C	4034	51	96
4765 2 15 BA	4035	52	97
4766 3 16 G	4036	53	98
4767 4 17 F	4037	54	99
4768 5 18 E	4038	55	100
4769 6 19 DC	4039	56	101

Paulus Philippis, ac Thessalonica pulsus Athenas pervenit. ubi coram Areopagitis disputans Dionysium ad fidem convertit. Act. xvi. & sequentibus. Exinde Corinthum adiit, & ibidem fœsuanno moratur. Act. xviii, 11. Indidem ambas ad Thessalonicenses Epistolas dedit; non Athenis, et si id subscriptio ipsa docet, quod rectè Baroni- us adstruit ad annum lxi.

Claudius Imperator v. Petri 9.  
Ser. Cornelius Scipio Orfitus.

Neroni virilis toga data, & Proconfulare extra Urbem imperium. sed & princeps juventutis factus est. Burrhus Afranius Prætorio præfectus Agrippinæ studio. Bellum inter Armenios, & Iberos conflatum. Parthi Armeniam invadunt. Sed hieme appetente relinquere coguntur. Rhadamistus cum se in vacuam possessionem immisisset, inde pellitur. Tacitus xii.

P. Cornelius Sulla Faustus. Petri 10.  
L. Salvius Otho.

Mathematici atroci Senatuf-consulto Italia pulsæ. Pallanti liberto Claudii Prætoria insignia, & centies quinquages HS. decreta. Inter Fucinum lacum, & Lirim annem nau- machiam edidit Claudius. Tac. xii.

Ventidius Cumanus Judææ, & Galilææ procurator apud Quadratum Præfidem accusatus, Romamque missus dam- natur exilio. Felici verò, qui criminum particeps fuerat, Judææ procuratio permiffa. Vide lib. xi. cap. xi.

Paulus coram Gallione Achaïæ Procol. sistitur, & Co- rintho profectus Ephesum venit. inde Casaream, Antio- chiam, & Jerosolymam. qui est quartus illius adventus. Act. xviii, 21. & 22. Tum in Galatiam & Phrygiam abiit. Apollo Christum prædicans ab Aquila, & Priscilla pleniùs eruditur. Ibid.

Sub hæc Paulus Ephesum adiit: & in ea urbe tertium ad annum usque permanfit. Act. xix, 10. & xx, 31.

D. Junius Silanus. Petri 11.  
Q. Haterius Antonianus.

Nero xvi. natus annos Octaviam ducit. Idem Illicibus immunitatem impetrat. Procuratorum Cæsaris potestas au- gta. Tac. xii.

Q. Añnius Marcellus. Petri 12. v. Imp. Domit. Nero.  
M. Añnius Aviola.

Claudius moritur lxi. Eid. Octobris, cum vixisset an- nos lxi. imperasset xlii. mensibusque viii. D. xx. Dio ix. Sueton.

Succedit Domitius Nero.  
Agrippina Junium Silanum Añæ Procol. veneno inter- fecit. tum Narcissum ad necem adigit. Eadem per sese om- nia gerit.

Parthi Armeniam occupant. Sed mox deserunt. Domi- tius Corbulo in eam provinciam missus. Tacitus xiii.

Paulus Timotheum, & Erafum in Macedoniam alle- gat. Interim gravis Ephesi seditio contra Paulum concita- tur à Demetrio argentario. Act. xix. Scripsit Epheso pri- mam ad Corinthios. Postea in Macedoniam, & Græciam abiit, ubi tres menses substitit. Act. xx, 3.

Nero Claudius Imperator. Petri 13.  
L. Anistius Vetus.

Vologeses Parthorum rex cum Romanis componit, & obfidem dat Corbuloni.

Nero Actes libertæ amore capitur, Agrippinâ nequic- quam prohibente. cujus potentia paulatim infringitur. Eâ- dem verò Britannicum se ad imperium evecturam minante, Nero Britannicum veneno sustulit. Matrem deinde fatelli- tio exutam in ordinem redegit. ac tantum non infidiarum in se delatam occidit. Tacitus xiiii.

Paulus incunte anno venit in Macedoniam. Ibi ad Co- rinthios secundam scripsit epistolam. Priorem insuper ad Timotheum ibidem datam esse censet Athan. in Synopsi. Theodoretus Præfat. Comment. Item ad Titum: nec non ad Romanos dedit, Corintho, ut putat Origenes, & Theodoretus.

Post hæc Hierosolymam circa festum Pentecostes adve- nit. Ibi captus à Judæis, ac Romano Præfidi traditus est: primum Felici; deinde Porcio Festo. Act. xx. & xxiv. Biennium hic Felix implevit legitur; nempe procuracionis Judææ. Vide lib. xi. cap. xlii.

Q. Volusius Saturninus. Petri 14.  
P. Cornelius Scipio.

Nero per omnem lasciviam noctu grassari instituit. Ta- citus xlii.

Paulus hoc anno vincens Romam perducitur. Act. xxvii. Euseb. Chron. Hieron. de viris Illust.

Paris II. B b b Nero

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
11	111	804	799
12	iv	805	800 Aug. 10
13	Olymp. 208	806	801
14	11	807	802
15	111	808	803
16	iv	809	804 Aug. 9

Per. Jul.	Mundi.	Anni Chr.	Anni Jul.
4770 10 B	4040	57	102
4771 11 A	4041	58	103
4772 12 G	4042	59	104
4773 13 F E	4043	60	105
4774 14 D	4044	61	106
4775 15 C	4045	62	107
4776 16 B	4046	63	108

*Nero Claudius Imper. 11.*  
*L. Calpurnius Piso.*  
 Paulus ad Timotheum secundam scripsit epistolam post primam suam coram Nerone defensionem. 11. Timot. iv, 16. Eodem tempore & ad Ephesios scripsit.  
*Nero Claudius Imper. 111.*  
*Valerius Messalla.*  
 Parthi cum Romanis acriter de Armenia contendunt. Corbulo milites longa defidia corruptos militari disciplina firmat. Tum Armeniam ingressus expugnatis castellis Artaxata succendit.  
 Ficus Ruminalis, quæ Romuli, ac Remi infantiam tegerat, mortuis ramalibus, & arescente trunco, deminuta prodigii loco habita est: donec in novos fetus revivifceret.  
 Nero Poppæam deperit, meretriciis illius lenociniis devinctus. Othonem ergo ejus conjugem Lusitanæ præficit. Tacit. XIII.  
 Paulus ad Philippenfes, Colossenses, & Philemonem, & ut nonnullorum opinio fert, ad Hebræos scripsit. Eodem etiam tempore ad Galatas scripsisse videtur. tamen si prior hæc illis, an posterior sciri non potest.  
*C. Vipsanius Pophicola.*  
*L. Fonteius Capito.*  
 Agrippina redactam se in ordinem, & a filio destitutam agrè ferens, omnibus se illi artibus conciliare studuit, etiam corporis sui potestatem ostentans. Post ab eodem interficitur. quod scelus per infamam adulationem Senatus approbavit. Exinde torum se ludis infamibus, ac turpissimis rebus addixit. Tacit. XIV.  
 Solis defectio pridie Kal. Maias in Campania hora inter septimam, & octavam conspecta. Plin. 11. cap. LXX.  
*Nero Claudius Imper. IV.*  
*Cossus Cornelius Lentulus.*  
 Nero quinquennale ludicrum Romæ ad morem Græci certaminis instituit. Tacit. XIV. Vide lib. XI. cap. XV.  
 Corbulo Tigranocerta in deditioem accepit, & Romanis subjecit Armeniam: cui & Tigranem regem Archelai Cappadociæ quondam regis nepotem jussu Neronis imposuit. Inde in Syriam Corbulo venit morte Vinidii Quadrati legati vacuum. Tacit. XIV.  
 Festo Judææ Procuratori successit Albinus. Josephus XX. cap. VIIII. Euseb. Chron.  
 Laodicea terræ motu concussa propriis opibus revaluit. Putcolis jus coloniarum, & cognomentum à Nerone datum. Tacit. XIV.  
*C. Cæsonius Petus.*  
*C. Petronius Sabinus.*  
 Romani in Britannia clade affecti. cui Paulinus Suetonius insule rector subvenit: isque vicissim LXXX. M. hostium casis insignem victoriam retulit.  
 Præfectus Urbis Pedanius à seruo interfecit. Ideo familia omnis, quæ sub eodem tecto erat, morte affecta est.  
 Nero gymnasium dedicavit. Tacit. XIV.  
 Jacobus frater Domini primus Hierosolymorum Episcopus à Judæis lapidibus obruitur. cujus in locum subrogatus est Simeon. Euseb. Chron.  
*P. Marius Celsus.*  
*L. Aferius Gallus.*  
 Burrhus Præfectus Prætorio magnum Reip. præsidium veneno sublatum à Nerone. In ejus locum duo substituti; Fenius Rufus, & Tigellinus. Hi Senecam criminantur. qui missionem postulat, nec impetrat. Sed interim totus ad quietem respicit. Octaviâ pulsâ Poppæam inducit Nero. Sed populari orta seditione eandem revocat. mox in insulam relegatam interficit. Pallantem quoque ob immensas opes è medio tollit. Tacit. XIV.  
 Perseus Satyricus poëta moritur natus annos XXX. Euseb. & Interpres Persii.  
 Volageses Parthorum rex Tiridatem fratrem Armenia pulsum restituere satagit. Corbulo Tigrani contra illum auxilium portat. Cefennius Petus tuendæ Armeniæ præpositus à Volagese opprimitur, & infami pactione se liberat. Tacit. XV. Dio LXI.  
*L. Memmius Regulus.*  
*Paulus Virginus Rufus.*  
 Neroni ex Poppæa nata filiola intra quartum mensem extinguitur. Syriæ executio Cincio; copia militares Corbuloni permissa, ait Tacit. XV. Ergo Cincius Præfes Syriæ factus. Bellum deinde cum Parthis gestum duce Corbulone.

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
4	Olymp. 209.	810	807
5	11	811	808
6	111	812	807
7	IV	813	808 Aug. 8
8	Olymp. 210	814	809
9	11	815	810
10	111	816	811

Per. Jul.	Mundi.	Anni Chr.	Anni Jul.
4777 17 AG	4047	64	109
4778 18 F	4048	65	110
4779 19 E	4049	66	111
4780 20 D	4050	67	112

lone. Tiridates in castra Romana venire cogitur, & de traicum diadema Neronis imagini subijcere.  
 Alpium maritimarum nationes jure Latii donatae. Nero equitum Romanorum locos sedilibus plebis anteposuit apud Circum. Tac. XV.  
*C. Lecanius Bassus.*  
*M. Licinius Crassus.*  
 Nero trajecturus in Græciam Neapolin venit. Sed ad Urbem reversus flagitiis, ac libidinibus incesat omnia: adeo ut Pythagoræ exoleto nupserit. Demum Urbem incendit, ut ardentis Trojæ similitudinem exprimeret. cujus facti in Christianos derivavit invidiam: qui variis, & horrendis suppliciis affecti. Nam quidam illorum facium instar in usum nocturni luminis deusti. Tacitus XV. Sueton. Dio LXII.  
 PRIMA IN CHRISTIANOS PERSECUTIO.  
 Cestius Gallus Særiæ legatus. Cestius Florus Judææ Procurator. Josephus XX. Orig. cap. IX. & 11. de Excidio, cap. XIIII.  
*P. Silius Nerva.*  
*C. Julius Avicius Vestinus.*  
 Conjuratio in Neronem Pisonis, & aliorum quàm plurimorum detecta. qui omnes occisi. in iis Lucanus poëta; Seneca Philosophus. Falsa thesauri in Africa reperiundi spes Neroni facta. Nero citharâ publicè canit. Poppæa grvida icu calcis ab eodem perempta. Cladem Lugdunensem postea Nero quadragies sestertio solatus est. Tacitus XV. & XVI. Sueton. Dio LXII.  
 Hierosolymis portenta quædam futuræ calamitatis prænunciata contigerunt: quæ Josephus lib. VI. de Excidio memorat. Inter alia Xanthici octavo die, hora noctis IX. lux ingens circum altare fulsit ad horam usque dimidiam. In festo autem azymorum Orientalis porta area circa sextam horam noctis sponte patefacta. Tum ipso die Pentecostes, cum sacerdotes noctu in interiore templo verarentur, strepitus ingens auditus cum ea voce: Migremus hinc.  
 Cæsarienses gentiles cum ab Nerone principatum urbis obtinissent, vexatis Judæis initium bello dederunt. Cestius Gallus Syriæ legatus Hierosolymam obfidens à Judæis fugatur, ac caesa Romanorum, & auxilium VM. & CCC. nec non CCCCLXXX. equites. Josephus lib. II. de Excid. cap. XI.  
*C. Suetonius Paulinus.*  
*L. Pontius Telesinus.*  
 Nero Bæream Soranum, & Thraseam Patum occidit. Tac. XVI.  
 Tiridates Romam veniens Neroni se servilem in morem subijcit, & ab eo diadema impositum accepit. Nero in Græciam profectus inter Tragædos, citharistas, & aurgas certavit. Domitius Corbulo perhonorificè revocatus Cenchreas cum appulisset, occidi jussu sibimet ipsi manus attulit. Dio LXIII.  
 Judæi fuis Romanorum copiis Hierosolymam reversi cum alios belli duces, tum Josephum Gorionidem deligunt. Hic in Galilæa, & Judæa res ordinat. Nero in Achaia Judæorum audita defectione Vespasianum ei bello præficit. Qui Titum filium Alexandriam mittit, ut inde legiones deduceret, hiemis tempore. Josephus lib. III. de Excid. cap. I. & V.  
*L. Fonteius Capito.*  
*C. Julius Rufus.*  
 Vespasianus in Galilæa strenuè contra Josephum, aliisque Judæorum duces rem gerit. Japha, & Jotapata ab eodem expugnata. Josephus ipse captus. qui & Vespasiano imperium prædicat. Josephus lib. III. cap. XXVII. Sueton. Vespas. Titus Galilæa tota potitus est. Josephus lib. IV. cap. IX.  
 At Hierosolymis intestinis motibus magnoperè laboratum Zelotarum factione, qui & Idumæos advocant, & plerisque civium obruncant. in his Ananum quoque summum Pontificem: cum jam ante per ludicrum Phanniam quemdam Samuelis filium rure abstractum Pontificem creassent. Joseph. lib. IV. cap. XIV. & sequentibus, præcipuè XVII.  
 Simon Magus præstigiis suis Neroni, ac Romanis illudens à Petro coercetur, & paulo post in aërem subvolans ejus oratione dejicitur. Ob id Petrus & Paulus Apostoli 111. Kalend. Jul. à Nerone interfecti sunt. Vide lib. XI. cap. XIV.  
 Pars II. Bbb 2 Sedit

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
11	IV	817	812 Aug. 7
12	Olymp. 211	818	813
13	11	819	814
14	111	820	815